



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quæstio 1. An Elias sit venturus?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Aut ipse venit legem adimplere, & hic pœnitentiam requirit aliaque opera, lex ergo ad Ioannem & Prophetas, quia lex qua vmbra fuit, cessit veritati. Lex tæmortalis futura obscure figurans nunc Christo accedente cessit, & vbi manet, iam non obscura est amplius, sed iam exhibens præsentem. Itaque exponenda verba sunt: *Propheta & lex prophetauerunt*, non dicitur: *lex & propheta prophetauerunt*, sed ne quis hic interpretetur, lex fuit, & Propheta prophetauerunt: sed propheta & lex prophetauerunt. At quomodo lex prophetat? quia signa constituendo id futurum indicat, quod propheta verbis, lex prophetat sacramentis, prophetæ oraculis, lex agno paschali prophetat de Eucharistia, prophetæ verbis. Itaque lex futura obscure signans, hoc est prophetans, sicut prophetæ ipsi ad Ioannem durarunt, nam tunc cum Ioannes diceret: Ecce Agnus Dei, &c. lex & propheta, iam præsentem demonstrant, non iam aberant, sed tenebantur.

§. 2. Non aliter lex illa desijt, quam Propheta, at prophetæ ita desierunt, ut iam non longe abessent, quæ prædixerunt, sed adessent pariter: ergo & lex, hoc est prophetæ desierunt prophetare; nam cum legerentur & exponerentur adhuc prophetabant in libris suis dum futura prædicabant, at cum Christus legeret Isaiam in Synagoga iam non prophetabant, quia completa erant, aut completi cœperant, de quibus prophetabāt. Luc. 17. 16. & 17. Lex & prophetæ usque ad Ioannem (subaudi ex Matthæo prophetauerunt.) ex eo regnum Dei tunc gloriatur, & omnia in illud vim faciunt.

§. 3. Quoad moralia, omnia servare tenemur, utpote ex quibus vniuersa lex pendet, & prophetat.

§. 4. Christi scopus est ostendere regnum cœlorum vim patitur, sic argumentatur: Lex & Propheta obsecravit, & de longinquo prophetarunt usque ad Ioannem, ideoque pauciores & minore efficacia mouerunt; at ad tempore Ioannis iam nec longe res illæ aberant, sed ipse Messias ostensus, nō pictura beatitudinis, seu sponsus, sed ipse sponsus; accurrunt ergo, & regnum cœlorum vim patitur, quæ ratio optima est. At si sensus est nunc lex omnis abrogata est, prophetæ irriti facti, & data libertas à lege, non sequitur regnum cœlorum vim pati, ad quod aditus non est nisi ferta legumini cum Libertinis dicamus, vnicum modum esse penitendi ad regnum cœlorum nullā legem putare.

§. 5. Facilius est autem cœlum & terram præterire quā de lege vnum apicem cedere. Hic Christus aperte ostendit, legem seruandam implendam, ut ex. expositio, lex ergo & prophetæ ad Ioannem, cum dicitur, opusculis illis verbis regnum cœlorum euangelizatur, iam aperte, iā præsens, itaque obscuritati, legis vmbreis, ceremonijs ipsius iam præsentis opponitur: nam lex implenda est. Non longe aberrauit quidam hereticorum, Iulius & Tremell. futura tantum prophetarunt nunc præsentia cernuntur: lex & Propheta iustum præbuerunt. Nullo igitur argumento legem oppugnare Christus voluit. Sed legem, & finem legis clarius ostendit Maldonatus, viguisse & statum habuisse scribit, opponit vero Lucas 16. 16. Prophetis & legi, vim pati regnum cœlorum.

§. 6. Piscator dupliciter distinguit. [πῶτος ὁ οὐ πῶτος] Pro diuersitate distinctionis nascitur diuersa syntaxis, & hinc diuersa expositio. Si apponas notam incisam post ὁ οὐ πῶτος, syntaxis erit: omnes Propheta & Lex prophetarunt usque ad Ioannem scilicet, quatenus propheta, ut de aduentu Christi, q. d. Prophetæ illæ non extendunt sese ultra id tempus quo suscitatus est Ioannes, sed præcisè in illud incidunt. Si v. comma apponas post ὁ οὐ πῶτος, syntaxis erit: Nam omnes prophetæ & Lex (subaudi dei) qui fuerunt usque ad Ioannem prophetarunt: nempe de aduentu Christi, quasi dicat nō autē Christi.

Adami Conzen. in Euang. Tom. I.

stū præsentem ostenderunt: sicut Ioannes fecit. Et sic verbum prophetarunt, possum fuerit emphaticè per tacitam antithesin. Atque hæc expositio declarat quomodo hæc sententia cohereat tanquam ratio cū sententia illa versūs vnde cimi, quod nō sit suscitatus maior propheta quam Ioannes, secundum priorem verō expositionem coherere hæc sententia, cum sententia versiculi proxime præcedentis: & ratio indicabitur, cur Ioannis testimonium tā auidē recipiatur: quia scilicet, auditores ex illius prædicatione discant, iam esse tempus ut vaticinia Moysi, & Prophetarum de aduentu Christi impleantur. Sed altera expositio videtur genuina.]

Verum non redditur ratio cur maior sit, sed cur regnum cœlorum vim patiatur. Quod enim nonnulli post versum 10. subiiciunt 13. audiendi nō sunt, librorum testimonij conuicti. Sensus igitur: Prophetas de aduentu iusti pronunciasse, id quod solis Iudæis, paucis gentibus. At nunc cum præsens ipse Dominus aduenit in templum suum, atque à Ioanne ostensus est: Omnes in regnum cœlorum velut obice rupto inuehi, & violenter rapere.

Cessaturum esse legem Cyptianus l. i. test. aduers. Iudæos. 9. ex hoc eo probat, quod lex & Propheta, usque ad Ioannem.

§. 7. Tossanus in Ioanne ita legem fixit, ut tamen ad Christum ostendat pertinere. [Queritur cur dicat, *Hæretici ad Ioannem, non usque ad me, vel usque ad Christum* Respondet. 1. Res eodem fere iedit, cum eodem tempore vixerit, sed modestiæ causa de Ioanne potius quā de se loqui voluit. 2. quia numerat Ioannem inter vltimos prophetas & terminum illum facit omnium Prophetarum, qui scilicet de Christo locuti fuerant.] *legem.*

Non igitur Ioannes inchoauit nouam legem, sed finiuit veterem, si Tossanum audiamus, cum tamen plerique hæreticorum, nouæ legis, & noui baptismi Ioannem institutorem faciāt. Qua de re supra disputauimus, audire lubet Tertullianum l. de baptismo. Agebatur itaque baptismus penitentia quasi candidatus remissionis & sanctificationis in Christo subsecuturæ. Nam quod prædicabat baptismum penitentia in remissionem delictorum, in futuram remissionem enunciatur est, si quidem penitentia, *Ioannes antecedit, remissio subsequitur, & hoc est viam preparare: qui non instituit, non autem preparat non idem ipse perficit, sed alij perficiendū procurat, ipse proficitur sua non esse cœlestia, sed Christi, dicens, qui de terra est, de terra loquitur: qui de supernis venit super omnes est. Item sola se penitentia tingere, venturum mox qui tingueret in spiritu & igni, scilicet quia verā & stabilis aqua fides, qua tingitur in salutem, simulata autem & infirma igni tingitur in iudicium.*

Ereodem loco vnde & suggeritur, quā aduersantes Domino tingi noluerint, eos qui Dominum sequebantur, tingi fuisse, nec cum amulo suo sapuisse, maxime quando Dominus, cui adhærebant, testimonio Ioannem extulisset, Nemo, dicens maior inter natos faminarum Ioanne baptizatore.

## VERSUS 14.

*Esi vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.*

## QVÆSTIO I.

*An Elias sit venturus?*

§. 1. Beza ne Eliam venturum opus esset dicere cōtextum mentus est ex Erasmo aliam interpretationē, deprauatā, & p̄s̄onā legē d̄m̄ qui venturus erat, quasi dicat illum Beza venturum fuisse, iam autem aduenisse. Verum p̄s̄onā legē d̄m̄ semper de futuro dicitur, de eo inquam quod iam futurum est, non q̄ aliquando quidem futurum erat nūc vero præteritū est. Alioqui dixisset ὁ πρὸς τὸν ἔρχομαι.

T. 2.

Darius Guntz  
in  
Euangelio  
Cvi  
18

Sci qui erat venturus, ea forma vicitur Thucyd. lib. 5. Demosth. pro corona. Et Synes. ἐμὲδωκεν δ' ἀρετῇ τὸν γαλῶνα, expectaturi eramus tranquillitatem. Cum ergo Christus non dicat δὲ μετὰ τοὺς ἑχθρούς, qui erat venturus. Sed δὲ μετὰ τὸν ἑχθρόν, qui est venturus, non modo perperam optimus interpres reprehenditur, Sed Christi etiam verba nouatrice temeritate in alium sensum torquentur. Nec potest Syriacus textus aliter intelligi **אליא רבינו דבא** quia est Elias, qui futurus est ad veniendum. Noster interpres ab aduersariis etiam defenditur. Nam v. 3. δὲ ἑχθρὸν vertit Piscator ipse. venturus est, & refutat eos qui vertunt, venturus erat, vel fuit. Quibus formalis, inquit, uersarij, significatur: illum de quo sermo habetur, iam venisset: quæ affirmatio repugnat præfenti interrogationi. Qui enim interrogat (nempe simpliciter & animo cognoscendi, ut hic fit) is nec affirmat, vel negat, sed tanquam dubius affirmationem negationemue expectat.]

Ponit autem ait ἑχθρὸν & pro ἐλευσόμενον. Quia in re apparuit Hæreticorum prauitas. Cum dicitur ἑχθρὸν, vertunt recte, ἐλευσόμενον, præfens pro futuro. At cum dicitur, μετὰ τὸν ἑχθρόν fore ut veniat, ea formula, qua nunquam pro præfenti vitur, vel præterito, illi ex ea præteritū fingunt. Quomodo autē illud vertit, Et restituit omnia: an qui restitutus erat omnia. Non enim consequenter speculationibus indulgent, qui docent, Elias quidem venturus erat, sed iam venit; & restituit omnia, nisi dicant hoc esse, iam restituit omnia. At Dominus futuro vitur.

Porro Eliam venturum esse constat ex Malachia c. 4. 5. nec Prophetiam impletam hoc aduentu docet Christus cum dicit, adhuc venturum. Nec obstat Ioannem dici Eliam, de Spiritu enim, & officio, nō de persona loquitur, ita apud Luc. i. dicitur in Spiritu & virtute Elia venturus. Rationem enim reddit, cur tanta conuersio facta sit eius aduentu, & cur tam inexcusabiles, qui eum non receperunt, cum illi qui ante diē Domini magni venturi sunt, Elia sint suscepturi; Hic vero sit alter Elias etiam maior Elia vero. Venturum autem esse Eliam ex Malachia constat; quia præcedet diem Domini terribilem. Constat vero ex Matth. 17. Vbi ait, Eliam venturum & omnia restitutum. Iam autem Eliam venisset, sed non cognitum: Vide Augustinum 2. de Ciuitate c. 29. & tract. 4. in Ioannem. Vbi ait, Nam primo ille quo maior nemo surrexerat in natis mulierum dixit: Non sum ego Christus. Dicuntque illi: nunquid tu es Helias? Respondit, Non sum: Christus enim præmittit ante se Heliam: & dixit, non sum, & fecit nobis questionem. Timendum est enim, ne minus intelligentes contraria putent Ioannem dixisse quam Christus dixit. Quodam in loco, cum Dominus Iesus Christus in Euangelio quadam diceret de se, responderunt illi discipuli: Quomodo ergo dicunt scribe, id est, periti legis, quia Heliam oportet primum venire? & ait Dominus. Helias iam venit, & fecerunt ei quæ voluerunt: & si vultis scire, ipse est Ioannes Baptista. Dominus Iesus Christus dixit, Helias iam venit, & ipse Ioannes Baptista: Ioannes autem interrogatus sic se confessus est, Heliam non esse, quomodo nec Christum esse. Et utique sicut verum confessus est Christum se non esse, sic verum confessus est nec Heliam se esse. Quomodo ergo comparabimus dicta præconis cum dictis iudicis? absit ut præconis mentiat: hoc enim loquitur quod audit à iudice. Quare ergo ille, non sum Helias: & Dominus, ipse est Helias? Quia in eo Dominus Iesus Christus præfigurare voluit futurum aduentum suum, & hoc dicere, quia in Spiritu Helia erat Ioannes. Et quod erat Ioannes ad primum aduentum, hoc erit Helias ad secundum aduentum. Quomodo dico aduentus iudicis, sic dico præconis. Iudex quidem ipse, præcones autem dico: non dico iudices. Oportebat autem iudicem primo venire iudicandum. Misit ante se primum præconem, voca-

uit illum Heliam: quia hoc erit in secundo aduentu Helias, quod in primo Ioannes. Namque intendat charitas vestra quam verum dicam. Quando conceptus est Ioannes, vel potius quando natus, Spiritus Sanctus hoc de illo homine impleto prophetauit: & erit, inquit, præcursor altissimi, in Spiritu & virtute Helia. Non ergo Helias, sed in Spiritu & virtute Helia. Quid est in Spiritu & virtute Helia: in eodem Spiritu via Helia.

Quare via Helia? Quia quod Helias secundo, hoc Ioannes primo aduentus fuit. Recte ergo modo Ioannes proprie restituit. Nam Dominus figurate; Helias ipse est Ioannes: ipse autem ut dixi proprie: Non sum ego Helias. Si figuram præconis aduertat, Ioannes ipse est Helias: Quod enim ille ad primum aduentum, hoc ille ad secundum erit. Si proprietatem persone interroget, Ioannes Ioannes, Helias Helias, Dominus ergo ad præfigurationem recte, ipse est Helias: Ioannes autem recte ad proprietatem, non sum Helias. Nec Ioannes falsum, nec Dominus falsum: nec præcon falsum, sed si intelligas.

Sic Tertul. l. de anima. Orig. tract. 3. in Matth. Ch ylost. hom. 4. in 2. epist. ad Theof. Theodoret. Greg. lib. 9. in Iob. c. 4. Hilar. can. 71. Theoph. Beda. Anselm. Aretas, D. Thomas. At Rupertus dubitauit ob Hieronymum. Ille in Zachariam ita loquitur. Post Moysen, cuius mandata spiritualiter docuimus esse seruanda, Eliam dicit esse mittendum. In Moysen legem, in Elia Prophetiam significans, dicente Abraham ad quendam diuitem purpuratum: Habent Moysen & Prophetas, illos audiant. Et Dominus atque Saluator transfiguratus in monte, loquens secum habebat Moysen & Eliam in candidis vestibus, qui & dicebant ei quæ passurus esset in Hierusalem. Lex enim & omnis Prophetarum chorus Christi prædicit passionem. Igitur antequam veniat dies iudicii, & percutiat Dominus terram anathemate, sue omnino vel subito, vel Lax. transulerunt, hoc enim significat ἀποδύω, mittet Dominus in Elia (qui interpretatur Deus meus, & est de oppido Thebi, qui conuersio nem & poenitentiam sonat) omnem Prophetarum chorum, qui conuertat corporum ad filios, Abraham, videlicet & Isaac & Iacob & omnium Patriarcharum: ut credant posteri eorum in dominum saluatorem, in quem & illi crediderunt. Abraham enim vidit diem Domini, & latatus est sine corporis ad filium, id est, cor Dei ad omnem qui Spiritum adoptionis acceperit. Et cor filiorum ad patres eorum, ut Iudæi & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione consentiant. Vnde dicitur ad Apostolos, qui Seminarium in toto orbe Euangelij prodiderunt: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Si enim Elias non cor Patrum ad filios ante conuerterit, & cor filiorum ad patres eorum cum venerit dies magnus & horribilis (magnus Sanctus, horribilis peccatoribus) percutiet verus & iustus iudex non caelum, nec eos qui versantur in caelo, sed terram anathemate, qui faciunt opera terrena Iudæi & Iudæizantes hæretici ante dei iudicium suum, Eliam putant esse venturum, & restitutum omnia. Vnde & Christo in Euangelio proponitur questio: Quid quod Pharisei dicunt quod Helias venturus est? Quibus ille respondit Elias quidem veniet, & si creditis, iam venit: in Elia Ioannem intelligens.

Alioqui in Matthæum ipse censet venturum Eliam; sed comm. Hieronymi non est. Verustissimam tamen sententiam esse docet Iustin. in dialogo cum Trythem. Ambr. in 1. Cor. 4. Ildorus de vita & morte sanctorum c. 35. Omnes in c. 11. Apoc. Quin etiam 70. vertebant ἡλίου τὸν θεοβίτην Eliam. Thesbiten, hoc ut certam se personam mittere ostendat. Denique veniens percutiet terram anathemate. Hieronymus præf. spiritualiter interpretatur. Vide etiam Bellar. lib. 3. de pontif. c. 6.

S. 2. Qui μετεμίσχων seu transanimationem hic imaginantur, à vero plurimum aberrant. Non enim anima Eliæ in Ioanne fuit. Sic etiam

Nostri  
interpre-  
tem ad-  
uersarij  
defen-  
dunt.

Malachia  
Prophetia  
in solo Io-  
anne non  
penitus  
impleta.

Venturus  
Elias est.

etiam gentes in comparatione virtutum & vitiorum, personas confundere videntur. Sic Lucillum vocabant togatum Xerxes. Sic, Tertius è celo cecidit Cato. Alia innumera ad hanc formam vsurpantur.

§. 3. Piscator pè tropum hæc dicta esse ait, ideo multa oriri incommoda, dum non attenditur ad tropum. [Nam tropi non obseruati multos errores gignunt: cuius rei exemplum hic habemus in Iudæis: qui locum Malachiæ de Elia falso interpretati sunt, eo quod ad tropum metaphoram non attenderunt.]

Respondet hæretico tropistæ: Non esse hic tropum omnino, vt ex parte iam ostendi. Neque enim Malach. 4. tropum fingere licet, cum dies illa accensæ sit caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, que non derelinquet eis radicem & germen. Et v. 3. Et calcabitur impius cum fuerint cinis sub planta pedum pèstorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Quæ extremo in iudicio perficiuntur.

§. 4. Pareus in Apoc. 11. 43. [Hoc non necessarium de extremo die iudicii intelligitur: quia etiam primus Christi aduentus, fuit magnus mysterio incarnationis & miraculis; terribilis vero impijs, quod trepidatio Herodis & Iudæorum testatur. Sed esto: etiã Ioannes venit ante diem iudicii. Nec dicit Malachias præcisè tribus & dimidio annis ante iudicium Eliam venturum.] Non potest hoc inquam dici. Quia in scripturis, Prior Christi aduentus gratus, acceptabilis, gaudij plenus dicitur: At vero ille terribilis extremus semper nominatur. Deinde valde peregrinum est, Ioannem dici venire ante terribilem diem: qui venit ante Christi aduentum. Nam circa illum diem contingeret, quando veniet, erit dies sicut caminus accensæ. Itaque in illa tempora Elias promittitur, quem Dominus venturum ait. Nam ad consolationem illam de Elia Prophetiam interfert. Sentiendum igitur cum veteribus, & scripturæ verba proprie accipienda sunt, nec vnus alterius curanda sententia. Tertullianus quidem iam senior & Hæreticus aperte negat eum venturum lib. de pudicitia cap. 8. Verum aliter lib. de anima. Hoc est ex malis fructibus bonam arborem intelligi, id est, ex pessimis præceptis doctrinam veritatis agnoscere. Spero huiusmodi hæreticos Heliam quoque imadere exemplum, tanquam in Ioanne sic representati vt metaphysichos patrocinetur pronuntiatio Domini, Helias iam venit & non cognouerunt eum: Et alibi: Et si vultis audire hic est Helias qui venturus est. Nunquid ergo & Iudæi ex opinione Pythagorica consulebant Ioannem, Tu es Helias: & non ex predicatione diuina: Et ecce mittam vobis Heliam Thebitem. Sedenim metempsychosis illorum reuocatio est anime iam pridem morte factæ & in aliud corpus iterata. Helias autem non ex decessione vitæ, sed ex translatione venturus est, nec corpori restituendus, de quo non est exemptus, sed mundo reddendus, de quo est translatus non ex postliminio vitæ, sed ex supplemento Prophetiæ, idem & ipse & sui hominũ, & sui hominũ. Sed quomodo Helias Ioannes: Habes Angelicam vocem: Et ipse (inquit) præcedet coram populo in virtute & in Spiritu Helie, non in anima eius, nec in carne. Hæc enim substantia sui cuiusque sunt hominis. Spiritus vero & virtutis extrinsecus conferuntur ex Dei gratia, ita & transferri in alterum possunt ex Dei voluntate, vt factum est retro de Moysi Spiritu.

Hieronymus valde ambigue loquitur, & vt dixit Ribera spiritaliter interpretatur. Verum pluram in c. 11. 4. Apocal.

Adami Conzen in Evang. Tom. I.

## VERSUS 15.

*Qui habet aures audiendi, audiat.*

## QVÆSTIO I.

*An non omnes habeant aures audiendi?*

§. 1. **A**ures audiendi habere, aliud non est, quam habere attentas, dociles, obediēte paratas: non quales Ila. describit, c. 6. 9. Est vero locutio proverbialis, qua rei magnitudo, & necessitas declaratur. Excitanturque Auditores vt in rem ad quam percipiendam sensus dati sunt, incumbant.

§. 2. Sine ratione hic arguitur Piscator, fidem esse tantum electorum; eos enim solos habere aures audiendi, cæteros vero nequaquam. Multi enim habent aures audiendi, vt credant, & aliquādo à fide recedant, accipiunt verbum cum gaudio, At in tempore tentationis recedunt. Verbum audiunt, assentiuntur, sed non faciunt. Credunt, vocantur, sed non perseverant.

## VERSUS 16. 17.

*Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus: dicunt, Cecinimus vobis, & non saltaſtis: lamentauimus vobis, & non planxistis.*

## QVÆSTIO I.

*Quæ, & quotendū illa similitudo?*

§. 1. **F**requentissimus vsus est interrogationum in parabolarum principio, Thalmuht Ierol. c. 2. de benedictionibus. Putant nonnulli eiusmodi puerorum lusum esse diuisis choris, quod insolens non est, nam reuera ex re que fit, similitudo ducitur, scimus pueros omnia imitari, si funus vident duci maxime aliqua nouitate, vel apparatu ipsi quoque eadem agunt, iidemque in plateis prælia, Magistratus, & alia tractant, vt illi in litore Alexandrino, à quibus Episcopus lectus Athanasius. Cum ergo funera essent plura tibia, tubæ, lamentatrices, præfixæ, id pueri imitabantur, interim exprobrantes æqualibus, si non lamentarentur, atque ita ludum rumperent, atque sic ad saltationes inuitabant, & choreæ accommoda canerent: at obstinatiuli, si ne tum quidem colluderent, merito videbantur à communi hominum consuetudine abhorre, valde dolentibus illis, quod feruidi in lusum cogebantur aliorum fastidia ferre. Non est autem pars parti applicanda, & res tota toti. Nec enim pueri Ioannes, nec Christus, sed hoc dicitur: Duo modi sunt conuertendi homines, primus eximia vitæ sanctitate, quæ est in austeritate externæ vitæ, qualem habuit Ioannes, in quo nihil fuit quod reprehenderetur, nihil quod imposturæ haberet suspicionem, vt qui luculento patrimonio & licto eremum coleret, cibis humanis vix vteretur, Herodem vitæ periculo moneret, & tamen non partierunt illi. Alter modus est, benignitate, & humanitate, ne fugerent, ne austeritate terrentur, itaque Christus vitæ, synagogis, conuiuijs interest, sanat miseros, at ne sic quidem adiungere se voluerunt, modus ergo alius